



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei  
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

**Ammiani, Sebastiano**

**Venetiis, 1562**

Murmur mulitplex.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30415**

*Murmur multiplex.*

- Luc. 7.** **S**uperbia. Luc. 7. Videns autem Phariseus qui uocauerat eum, dixit intra se; Hic si esset propheta sciret utique quæ & qualis est mulier quæ tangit eum, quia peccatrix est. Est murmur auaritiæ. Io. 12. Quere hoc unguentum, &c. Est murmur Inuidiæ. Matth. 20. Et accipientes murmurabant aduersus patrem familias dicens, &c. Est murmur impatientiæ, uel laboris. Num. 11. Ortus est murmur populi quasi dolentium pro labore contra dominum, quod cum audisset iratus est, & accensus in cor ignis domini deuorauit extremam castrorum partem. Est murmur de bonis quæ conferimus. Ecclesiastic. In bonis non des querelam, & in omni dato non des tristitiam uerbi mali, &c. De talibus argumentum est quod nondum mortui sunt mundo. Nam quibus mundus mortuus est, hi solent aduersitates gaudenter; quibus uero mundus uiuit, hi nequeunt iniurias sustinere. Vnde Beda. Tanto amplius quisque murmurat, & conqueritur de præsentibus ecclesiæ laboribus, quanto minus in se desideria

carnis extrinxit. Est etiam murmur de  
 malis, quæ patimur. Sap. i. Custodi- Sap. i.  
 te uos à murmuracione, quæ nihil pro-  
 dest. Murmur contra ea quæ Deus fa-  
 cit, nihil prodest homini, imò pluri-  
 mum nocet. Non enim propter mur-  
 mur cessat tribulatio, sed quod po-  
 tuit esse meritorium, propter mur-  
 mur fit demeritorium, & destruitur  
 homo. Vnde debuit emendari. Vnde  
 Psal. Destruixisti eum ab emundatio- Psal. 88.  
 ne, uelemendatione.

*Murmur fugiendum est propter  
 quinque.*

Primo, propter uerba sacræ scri-  
 pturæ. Sap. Custodite uos à mur- Sap. i.  
 muracione. Et Paulus. Neque mur- I. Co. 10  
 muraueritis, sicut quidam murmura-  
 uerunt, &c. Et iterum omnia facite si-  
 ne murmuracione. Secundo, propter  
 uindictam, quam dominum sumpsisse  
 in præsentem de peccato isto, legitur.  
 Vnde Maria soror Mosi percussa fuit  
 à Domino lepra propter murmur. Da-  
 tam & Abirom propter murmur ab-  
 sorti sunt à terra. Propter hoc pecca- Nu. 15.  
 tum, misit Dominus serpentes igni- Nu. 14.  
 tos in filios Israel. Propter hoc ma-  
 ior pars populi in deserto mortui sunt.